

⁸⁴
HENRICVS DANDVLVS
D U X X L I.

Electus Anno 1191. obiit Anno 1205.

MEMORIA ANTIQVA.

*Henrico Ducis est titulus. Quarum partis, & dimidiae
totius Imperii Romanie Dominatoris.*

XXXXI



NPrincipem Cœcus assumitur, Henricus Dandulus, & nè cœcos electores dices; Quadraginta Virali suffragio creatur, juxta Sibyllæ vaticinium, De expugnatione Byzantii, sub cœco Duce. Candenti laminâ ei oculos hebetaverat periurus Emmanuel, quum jure & Gentium fide Legatum advocasset. Crucî pro Scipione innixus, Imperii fines latè promovit. Verona primū Veneto interdicta commertio, quia Athesim navigantibus vim fecisset, ad inopiam coacta, ferro posito pacem rogavit. Pisani & ipsi Syriæ auxiliatores ex invidiâ bellicæ laudis, occupata Polâ Venetorum tributaria, hyberna ibi meditabantur; cum in pugnam